

EXPOSITIO.

84. **R**EVERTITUR Evangelista ad historiam Archisynagogi, Veniunt ab Archisynagoga, id est, de domo illius. Marcus ait, venisse plures. Lucas ait, venit quidam. Quia forte prius unus accessit, & postea plures venerunt, vel quia inter eos unus principaliter locutus est, semper ad denuncianda infelicia multi confluunt, filia tua mortua est. Ex quo patet, quod quando Princeps à domo discessit, adhuc illa non erat mortua. Noli vexare Magistrum, labore, ac molestia itineris, & Christum magistrum appellant, ait Victor Antiochen. in 5. Marci, tanquam Doctorem, & Medicum. Sed melius dicendum com D. Bonaventura, Magistrum vocant, tanquam Doctorem divinæ doctrinæ, qui non humana arte, sed supernaturali virtute curabat.

85. **J**esus audito verbo, ait Archisynagogo. Non respondet Christus nuntiis loquentibus, sed Principi dolenti, ac morenti, ut ejus dolore leniret. Vel quia nuntij erant in incredulitate detenti, arbitrabantur enim, Christum non posse mortuum suscitare, & ideo dicebant, noli vexare Magistrum. Incredulitas autem indigna est Christi allocutione. Noli timere, tantummodo crede. Expende illud verbum, tantummodo, solum fidem postulat ab homine, ut mirabilia videat. D. Augustinus, lib. 3. de consens. Evangelistar. cap. 28. docet hoc Christi verbum non fuisse dictum quasi quod Archisynagogus non prius crederet, Christum posse suscitare filiam defunctam, sed fuisse dictum per modum confirmantis & confortantis illum in fide concepta.

86. **N**on permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, Jacobum, & Joannem, tanquam principales inter discipulos, & patrem, matremque puellæ, quia ad eos maxime hoc negotium spectabat, ut omnes isti tanti miraculi fierent testes.

87. **E**t vidisset tibicines, ut ait D. Ambrosius in cap. 8. Luca, quem sequantur omnes Recentiores. Tibicines vocantur illi, qui conducti in funeribus solebant suis modis, ac canticis excitare alios ad lachrymas, & fletum, Talis mos erat apud Judæos Hierem. 9. numero 17. Vocate lamentarices, & deducant super nos lamentum. Talis etiam erat mos apud Gentiles. Ovidius lib. 4. Fastor. Cantabat mœstis tibia funeribus. Et ponderat D. Cyprianus sermon. 19. quod in hujusmodi funere lamentatio, tibia, & fistula fiebat. Ubi, ait, verus planctus non est, ibi est emptia, & mercenaria cantilena: mortuum non artifex fistula, sed simplex plangit affectio. Defuncta filia Principis erat, magnatum autem exequia potius tribus, seu pomposo apparatu, quam simpliciter affectu celebrantur.

88. **D**icbat, recedite, id est, discedite à luctu, ac lamentis: jubet ab his desistere, non enim communicantur divina dona inter fictitios planctus, sed inter sinceros affectus, ac simplices animos, non est mortua puella. Non negat veram esse mortuam secundum naturam, sed ait, non esse mor-

tuam sibi ipsi, cui omnia vivunt, ut explicant Divus Hieronymus & Theophylactus, de quo Hieron. Theoph. *quæst. 14.* Non intelligentes futuræ resurrectionis mysterium, deridebant Christum, quasi ipse inficiaretur puellæ mortem, quod aperte denotat Divus Lucas, dum addidit sciens quod esset mortua, deridebant eum, stupidi, & crassi homines; quæ non capiunt, statim risu, ac verbis dilacerant. Vide cap. 29. n. 68. & hæc derisio permilla est à Deo, ut ita magis evidens fieret miraculum, quanto minus negare poterant puellam verè fuisse mortuam, & ideo Christus hos derisores non reprehendit, quia hoc maxime faciebat ad confirmationem miraculi, ut notat Abulens. *quæst. 118.*

QUESTIO XIII.

Quare Christus non permisit secum intrare turbam, sed solum Petrum, Jacobum, & Joannem?

**C**um Christus in via pergeret in domum Principis, turbas à se dimisit cum novem discipulis, ut notat Abulens. *9. 119.* & patet ex textu Marci n. 37. Non dimisit quemquam se sequi. Cujus rei rationem ipsemet Abulens assignat, hoc Dominus fecit propter honestatem, nam si turbæ comitarentur Christum usque ad domum Principis, non decebat, quod postquam illi honorem impenderunt, eum usque ad domum comitando, ut turbas à se dimitteret, absque eo quod illas nobilitaret tanti miraculi presentia; quod vehementer videre cupiebant; ideo demittit in via, ne itineris labore vexarentur. Vide supra cap. 3. n. 93. & cap. 11. num. 153. & c. 29. num. 88.

Ingressus Jesus Principis domum, turbam lamentis, ac planctu tumultuantem eiecit. Primò, D. Chrysofom. *homil. 32.* D. Hieronym. *bic.* quia indigni erant, ut resurrectionis mysterium viderent, qui suscitantem Dominum irriserant. Secundò, Divus Hilarius. Multis exclusis pauci admittuntur, quia rari sunt electi ad magnalia Dei videnda. Tertio, D. Gregorius *18. moral. cap. 28.* quia à domo nostri cordis ejicienda est secularium rerum cura, ut anima emortua resurgat. Quarto, Ob suam modestiam, ut omnem ostentationis notam evaderet, docens nos, quod hominum frequentia sæpe virtutem lædit. Quintò, Ut Phariseorum declinaret invidiam, à quibus nondam tempus advenerat, ut pateretur, nam invidia periculosa est, & hac de causa magnalia nostra ab invidiorum oculis sunt occultanda.

Sextò, Theophylactus cap. 8. Luc sic ait, Ceterum ex discipulis tantum intrare secum permisit Joannem, Jacobum, & Petrum, ut discipulorum principios, & taciturnos, nolebat hoc miraculum ante tempus revelari multis. Apud Catenam. D. Thomas posuit Interpres, non taciturnos, sed potentes occultare secretum, nec enim coram omnibus omnia manifestanda sunt, sed eligendi sunt viri qui habeant animum capacem ad secretum portandam ac retinendam, ut non statim evomant illud.

Septimò, Beda, *Notandum.* ait, quod quia publica

blica noxa publico eget remedio; levia autem peccata, sobintellige etiam secreta, leviore & secreta queunt poenitentia deleri, puella in domo jacens paucis arbitris exurgit, eisdemque ne miraculi evangelicè, induitur, juvenis extra portam turba multa comitante, atque intuenne suscitatur. Lazarus de monumento vocatus in tantum populis innotuit, ut plurima Domino turba eam palmis occurrerent, & multi propter illud crederent in Jesum. Remedia proportionentur culpæ, ut peccato publico publica remedia, secreto secreta adhibeantur; & ideo filius viduæ Naim *Luc. 8. n. 51.* & Lazarus mortuus *Joan. 11. n. 39.* utpote peccatores, jam fortas erumpentes omnium aspectu ad vitam revocantur; at puella hæc in domo inclusa, occultum peccatorum adumbrans secreto refuscitationis remedio; exclusis turbis, è mortuis ad vitam excitatur. Vide supra cap. 4. n. 40. & 43.

QUESTIO XIV.

Quare Christus dixerit, quod puella non erat mortua?

**I**n limite hujus quæstionis ponderandum illud, quod ingeniosè notavit Orig. l. 2. contra Celsum, quod mortuos excitaverit Christus per paucos, id expresserunt Evangelistæ, Archisynagogi scilicet filiam, de qua nescio quomodo dixerit Iesus, non est mortua, sed dormit, & unicus viduæ filium, & tertium Lazarum illum quadriannum, & id dixerim, ut enim in Elisei Prophetæ diebus; essi multi erant leprosi, ex his tamen nemo mundatus est, nisi Naaman Syrus; sic & mortui erant in tempore Iesu multi, sed illi sunt à mortuis excitati, quos Deus verbum ad resurgendum aptiores cognovit. Sæpe excogitavi, quantum major esset aptitudo in his tribus ad resurrectionem, profectò, quia innupti erant, casto vel virgineo corpore viventes, ac priore aptiores inveniebantur, ut mortem fugerent, ac vita florent.

Ad nostram quæstionem, cur hæc puella dicitur non mortua, sed dormire? dicant aliqui esse phrasim Scripturæ; qua mortui dormientes vocantur. Sic de Lazaro dixit Christus, Lazarus amicus noster dormit, tum ut mortis horror leniatur, tum ob resurrectionis spem; sed Christus Dominus in præsentem non solum dicit puellam dormire, sed etiam non esse mortuam; ergo in aliquo vero sensu voluit significare adolescentulam non esse mortuam.

Respondet primò D. Hieron. Theophylactus; ut notavi in expositione, puellam non esse mortuam ipsi Deo. Secundò, respondet Victor Antioch. Christum usum esse hoc verbo dormienti, ut evitaret jalectantiam, & Procop. in cap. 36: mortem à qua eam reduxit, non prædixi: res divina non sunt ad ostentationem. Tertio, D. Chrysof. *homil. 32.* Albertus Magnus, D. Thomas docent, Christum hoc dicendi modo denotare, sibi tam facile esse defunctos suscitare à morte, sicut dormientes à somno.

Quartò, Abulens. *quæst. 117.* puellam appellat non mortuam, quia non discesserat ex hac vita, eo sensu, quo turbæ existimabant, tanquam si nõ esset amplius reditura: ergo cum mox esset excitanda, non erat absolute mortua; nam ille est Sylvester in Evang. Tom. II.

simpliciter mortuus, qui in morte manet, & amplius non evigilabit ad vitam.

Quintò, D. Chrysof. *hom. 32. Hic.* ait, etiam docet, non esse timendam mortem, cum ad conditionem somni jam redacta sit. Deinde, quoniam ipse quoque moriturus erat, aliorum morte, ac resurrectione faciebat, ut discipuli considerent in eum, cujus adventus mors in somni conditionem devenisset. Christus mortem dicit somnum, quoniam ipse quoque moriturus erat, ad eum ipsi dulcis fuit mors, quam pro nobis sustinuit, ut ei somnus videretur. Deinde, ut nõs faciliteret, ac animaret ad horrorem mortis contemnendum, nam ab ipso accedente, mors non mors, sed somnus est.

Sextò, Sedulius l. 3. Paschal. cap. 10. Ad Christum gloriam pertinuit singularem, quod defunctam dixerit dormientem, ut admirabilium facta virtutum parentibus monstraturus, minus se donare pronunciet, quam donabat. Hoc ad singularem Christi gloriam spectat, quod dormientem dicit, quam à mortuis excitabat, & revocabat ad vitam, non enim Deus amplificat verba sua, sed multo minor enim dicit verbis, & multo majora dat beneficiis. Excitationem à somno verbis denotat, & defuncto vitam largitur. Vide cap. 3. n. 28. & cap. 6. n. 84. *Matth. 9. n. 25.*

*Matth. 9. n. 25.* Et cum ejecta esset turba, intravit, & tenuit manum ejus, & surrexit puella.

*Ibid. num. 26.* Et exiit fama hæc in universa terra illa.

VERSIONES.

*Syracus.* Ingressus apprehendit eam manu ejus.

*Franc. Luc. & Grec.* Prehendit, seu vi tenuit manum ejus.

*Vatablus.* Introgressus tenuit manum illius, & surrexit adolescentula, & emanavit fama hæc.

*Euthymius.* Excitata est puella.

ALTER TEXTUS.

*Marc. 5. n. 40.* Ingreditur ubi puella erat jacens, & tenens manum puellæ, ait illi.

*Ibid. num. 41.* Talisba comi, quod est interpretatum, Puella, tibi dico, surge.

*Ibid. num. 24.* Et confestim surrexit puella, & ambulabat. Erat autem annorum duodecim, & obstupuerunt stupore magno.

*Ibid. num. 43.* Et præcepit illis vehementer, ut nemo id sciret, & dixit dari illi manducare.

GGg 4 Lüt6

Luca 8. n. 54. ipse autem tenens manum eius clamavit, dicens: Puella, surge. Ibid. num. 55. Et reversus est spiritus eius, & surrexit continuo, & iussit illi dare manducare, & stupuerunt parentes eius, quibus praecepit, ne alicui dixerint, quod factum erat.

EXPOSITIO.

98. IECTA turba e cubiculo, in quo puella cadaver jacebat, cum illius patre, ac matre, & tribus Apostolis introiit Dominus, de quo satis est dictum quest. 13. & ut in praesenti dicam, ejecta turba, voluit Dominus, propulsatis illis hominibus iniquis, & infidelibus, prius illud hospitium mundare, antequam illud ingrederetur, & tenuit manum eius, ex Graeco legitur prehendit, seu occupavit vi, quod proprie verbum significat, quando praetor tenet aliquem manu ad eum capiendum, & denotat studiosam Christi voluntatem, ac efficaciam illius imperium, quo jactans illud cadaver e terra elevavit, & animam ex inferno revocatam in illud introduxit, ut resurgeret, ac vita viveret, & juxta Lucam clamavit, ut Christi imperium, ac virtus maximè ab astantibus agnosceretur, & videretur. Marcus ait fuisse dictum a Domino, Talitha cumi. Verba sunt Syriaca, & idem valent, ac Puella surge, na primum significat Puellam, secundum surge, & Marcus poluit verba Domini eodem idiomate, quo usus est, ut aperte appareat, quantum virtus Christi distet ab incantatoribus & magicis. Nam virtus Christi communi, & vulgari sermone miracula & admirabilia opera perpetrabat, illi vero verbis obsecris, ac inauditis, nempe demonum invocationibus utuntur, ut quid aliquando mirandum operentur.

99. Et surrexit puella, quod non solum significat ad vitam esse revocatam, sed etiam viribus omnibus corporis esse donatam, ita ut statim erecta sit, quod clarius exprimit Marcus, addendo, & ambulavit, quod moraliter interpretatur Beda, Bene surrexit, ait, & ambulabat. Quicumque enim peccatis mortuum superna manus miserationis resuscita a teigerit, non solum a sordibus exurgere, sed in bonis continuo proficere debet operibus. Anima a Christo evocata delevat non solum mortem, seu peccatum, sed etiam mortuorum locum, seu peccatorum occasionem, & statim deambulet, & crescat in omni virtute, & addidit D. Marcus, iussit illi dare manducare, ut miraculi evidentia clarior videretur, & hac de causa, ut bene advertit Euthymius, Christus non dedit illi manducare, sed parentibus iussit, ut darent, ut ipsi fierent testes, & stupuerunt parentes eius, quibus praecepit, ne alicui dicerent quod factum fuerat, quod mandatum est a Domino ob suam humilitatem, ac modestiam, & ut se alienum ab omni inani gloria ostenderet.

100. Exit fama haec. Divulgatio rati miraculi maximè per totam illam regionem Galilae dima-

navit, & ita cunctis admirantibus maximè celebrata est puellae suscitatio, unde omnes Christi virtutem, ac potestatem maximè extollebant, & quanquam Dominus parentibus puellae praecepit, ne quidquam diceretur, tamen cum turba, quae ejecta erat a Christo, foris esset cum maxima aviditate, expectans rei eventum discedente Redemptore nostro e domo illa, statim turba est ingressa, & cum vivam invenisset adolescentulum, quam mortuam viderat, inde fama miraculi, ac etiam per eos qui aderant, exit in totam illam regionem, nam parentes rati ob gratitudinem, quam ob gaudium, tantum beneficium, & miraculum non tacerunt, ut cap. seq. dicemus de duobus caecis.

QUESTIO XV.

Quare Christus suscitaturus puellam, manum eius teneat.

101. Abulens. D quaestione rectè respondet primò Abulensis quaestione 106. Extendit manum, ut fiat manifestum, quod Christus sua virtute ipsam suscitabat, sicut supra diximus, quod extendendo Dominus manum, & leprosum tangendo, ipsum mundavit. Secundò Toletus in comm. in cap. 8. Lucae, quod Christus apprehendit manum defunctae, ut retineret maphoram, quam verbo dixerat, quod scilicet, puella dormiebat. Sic quando aliquem e profundo somno dormientem excitamus, frequenter porrectam manu hoc facimus. Tertio, quia non solum Dominus eam volebat suscitare, sed etiam ut statim surgeret & ambularet, ut enim homo se erigat, necesse est, ut Deus illi manum porrigat.

102. Deus conce- dit postulata nostra eo modo, quo petimus. Dixerat enim in principio hujus historiae, veni ad, quo peti impone manum tuam super eam. Vide supra cap. 10. n. 5. & 6. imò plus dat quam ab eo petimus: Postulaverat Pater, ut imponeret manum super eam, at ipse non solum imponit manum suam, sed defunctae manum vi apprehendit, ac tenet. Vide cap. 9. num. 7. & 119. cap. 10. n. 5. & 53. cap. 26. num. 58.

103. Hieron. Quintò, D. Hieron. In puella illa Synagoga significabatur, ut jam dixi. Illius manum prehendit Dominus, ait sanctus Doctor, quia nisi prius mundata fuerint manus, qua sanguine plena sunt, synagoga eorum mortua non resurget.

Euthym. Sextò, Euthymius, in quintum cap. Marci. Apprehendit manum eius, & vocavit, ut vox animae, quae descendebat, revocaret, manus autem corpus disponeret.

Hilat. Septimò, Divus Hilarius. Nisi prius mundata fuerint manus, mortua non surget: tanquam Dominus puellam revocaret ad vitam, illius manum tenet, ut probaret, an mundas manus, quibus opera designabantur, haberet, non enim revocantur ad vitam nisi illius opera bona, & pia reperiantur.

104. Cyrill. Octavò, D. Cyrillus lib. 1. de recta fide ad Reginas. Quare, ait, non prius, sicut apud Lazaram

rum contentus fuit sermone ad resuscitandam puellam, sed tenuit manum illius? nimirum, ut ostenderet vivificum eius corpus, corpus enim est vita. Non utitur solum voce, ut apud Lazarum, sed apprehensa manu tenet, & resuscitat puellam, ut virtus sui vivifici corporis manifesta fiat, & ponderandum id quod ait S. Pater; Non sicut apud Lazarum contentus fuit sermone. Inter mortuos, quos Christus Dominus excitavit, haec puella fuit prima, disponit ergo ut haec prima suscitatio fieret tactu sui corporis, ut evidens esset, quantum proportionem, & efficaciam habeat suum corpus ad communicandam vitam. Vide supra e. 6. n. 8. & 39. & cap. 16. n. 119.

Tactus corpori Christi valde efficax ad auctandam vitam.

Divulgatur miraculum per totam regionem.

QUESTIO XVI.

Quare Christus Dominus iusserit puellam suscitata dare manducare?

105. Juxta textum Marci, & Lucae. Cum puella esset suscitata, & jam per domum deambulasset: mandat Dominus dare illi manducare, cujus rei literalis ratio est manifesta, ut veritas suscitatae puellae fieret evidentior, & ne aliquis excogitaret, quid phantasticum esse. Unde ait D. Bonavent. in S. Luc. Iussit dare manducare, ut non phantastica, sed vera suscitatio probaretur, sicut ipse probavit suam resurrectionem, dicens? Habetis hic aliquid, quod manducetur, Luc. 24. n. 4. eandem probationem, qua Dominus usus est in sua resurrectione, etiam in aliorum excitatione adhibuit.

106. Moraliter tamen ad sacram Eucharistiam locum applicabo, postquam enim puella excitata est, & surrexit, ei jubet dare manducare. Divus Chrysostomus homil. 7. in Marcum. Facentes, ait, manducare non possumus: nisi steremus, corpus Christi accipere non valemus. Cibis hic corpus Christi significabatur; ad hanc autem mensam non accedit, qui jacet in loco mortuorum, seu peccati; sed qui jam erectus, ac sublimis a peccato est, imò & qui jam deambulabat, ac proficit in via virtutis, ut jam ex Beda dixi in expositione.

Ad corpus Christi non accedat, nisi qui proficit in virtute. Adhaeret etiam id, quod superiori quaestione dixi ex Divo Hilario, quod Dominus apprehendit manum, ut probaret. An prius mundata fuerint manus, antequam Dominus mandasset illi manducare, puellam tenet manu; antequam quis ad hanc sacram mensam conveniat, prius ejus manus, seu opera sunt examinanda; an recta, & munda sint: seu mandat illi dare manducare, ut adeptam vitam valeat retinere, & conservare. Maximè enim spiritualis vita per sacram Eucharistiam crescit, augetur, & roboratur.

107. Hilarius. Ulrimò tandem nota id, quod acutè dixit Chrysostomus homil. 32. in Matth. Puellam, cum a morte excit esset, per cibum, quem ei afferri iussit, a quo esset excitata, instruxit. Ac si diceret, mandat dare illi manducare, ut illo cibo vis intellectiva perspicacior redderetur, ut ita adolescentula suum beneficium, a quo manus vitae acceperat, recognosceret, maximè enim iste caelestis cibus intellectum acuit, & perficit ad alta, & sublimia cognoscenda. Ait Sylveira in Evang. Tom. 11.

108. Chrysost. Magnam spem conceperunt recuperandi visum, praecipue cum ab omnibus accepissent Christi beneficentiam, nulli sese denegare, quantumvis humili, & abjecto. Caeci oculo corporis, sed multum videntes oculo fidei, & spei, & in via Christo Domino occurrerunt, & perunt, quia runc audierunt Christi magnam miraculum de puella suscitata, & ideò statim, ac sine dilatione Domini misericordiam, ac beneficentiam impiorant; G G g 3 vel

Eucharistia dat intellectum, & cognitionem.

Regius Vates; Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur, Psalm. 33. num. 6. Viderat Propheta caecutientes Judaeos, Provocat nos ergo, ut ad Christum accedamus, & ita ab ipso illuminemur, sed quomodo illuminabimur? ait Glossa, ipsum percipiendos. Unde Incognit. eleganter ait meus Incognitus; Ne sitis sicut Judaei caeci, qui de crucifixo tenebrati sunt; nos autem manducando Crucifixum, & bibendo ejus sanguinem illuminabimur.



CAPUT XXX. & ult.

Sanantur duo caeci, & unus daem. 629

Matth. 9. n. 27. Et transeunte inde Jesu secuti sunt eum duo caeci, clamantes, & dicentes: Miserere nostri fili David.

VERSIONES.

Syriacus. Quicumque praetergrederetur illinc Iesuchua, sese adjunxerunt ei duo caeci. Vatablus. Cum discederet illinc Iesus. Euthymius. Cumque inde procederet Iesus.

EXPOSITIO.

1. ANc historiam consequentem praecedens miraculum aperte verba Marthae indicant, transeunte inde Jesu, nempe e domo illa, in qua puellam suscitavit; nam ibi non comedit, neque bibit. Cum ergo transiret in habitaculum, in quo, ut notat D. Paschasius, se recepturus erat, Albertus Magnus, Transeunte, ut omnibus lucis suae beneficium inveheter, sicut Sol, quia transitu suo communis efficitur. Secuti sunt enim duo caeci qui sunt distincti ab illis, de quibus Matth. 20. num. 30. Marc. 10. n. 46. & Luc. 18. n. 35. Fit mentio, quamvis historia sit similis, & qui Deum non sequitur rogando, ac petendo, ut ait D. Thomas non impetrat.

2. Duo caeci, qui ex accepta miraculorum fama, magnam spem conceperunt recuperandi visum, praecipue cum ab omnibus accepissent Christi beneficentiam, nulli sese denegare, quantumvis humili, & abjecto. Caeci oculo corporis, sed multum videntes oculo fidei, & spei, & in via Christo Domino occurrerunt, & perunt, quia runc audierunt Christi magnam miraculum de puella suscitata, & ideò statim, ac sine dilatione Domini misericordiam, ac beneficentiam impiorant; non praetermittenda.

Psalm. 33.

Incognit.

I.

Paschas. Alb. Magn.

D. Thom. 2.

Bona occasio non praetermittenda.